



*Hermannus*

*Catalogus differt.*

*I. f. S. Semler.*

1. Officij Super 2 Timoth. III. ad 11.
2. Sessionis VI Concilii Tridentini exemplum.
3. De Regeneratione monastica.
4. de profectu theo. aromatico pro sua dicta biblica.
5. de infelicitate hominum praesenti.
6. de Christi ad Abgarum epistola.
7. de imagine divina in humana esse naturam.
8. de mysticarum interpretationum studio.
9. Antiquitatem hermeneiticam ex Tertull. stud.
10. de tempore quo scripta fuere epistola Pauli ad Galatas.
11. Quantitas facie, de quibz agitur Act. xxv. 2
12. de propaganda per Bonifacium inter Germanos ref. christ.
13. de discrimine notionum vulgarium et christianarum in lebris N.T. observando.
14. In Matth. I. 17.
15. de cauenda molesta sedulitate sacra.
16. In Luk. I. Gabrielum spir. p. non est.
17. Jesum Christianum esse Paulo auctore verum Iesum et omnium bonorum. dif. II.
18. Illustratio antiqui ceremoniis et evangelio historiis.
19. De vario et impari veterum studio in recolena da historia decessus ad inferos.
20. spiritum si recte describi personam.
21. de festis nobis et evangelio Hebreorum.
22. de discrimine inter baptizantes et trinitatenses.

*II. d. A. Neeselt.*

23. Singularis prouidentiae divinae in pace religione vestigia.
24. de clericorum proprio et tropica dictione.
25. de Calixto patrum grecorum in nouant.
26. in 1. Joh. II. 20 ad 27.
27. incipit. cantiones anglicae Luc. II. 14.
28. de Christo nomine regnante.
29. Deum auctoritatem divinam religionis Christi confirmatione sequis maioribus legitimatione kinistica.
30. ad Hebr. II. 11.
31. in 2 Cor. III. 17.
32. ad Num. xxviii. 17.
33. in Joh. XII. 20-23.
34. de vera via nominis feliciorum dei.
35. In 2 Thessal. II. 1-12.
36. In Joh. xv. 1-17.
37. In Joh. xii. 13 - xvii. 23.
38. (legit in No. 129 usq. N. 31. - 746)
39. Quodlibet 87 2 Cor. IV. 6.

N. 129.

16.

D. IO. SALOM. SEMLERI

THEOL. PROFESS. PVBL. ORD.

C O M M E N T A T I O

I N

L V C A E C a p. I.

Q V A

INTERPRETVM QVORVNDAM RECENTIORVM

GABRIELEM SPIR. SANCTVM

INTELLIGENTIVM SENTENTIA

EXCVTITVR.



---

HALAE AD SALAM

A E R E H E N D E L I A N O

M D C C L X X I I I .

Д. Ио. САЛОМЕННИ  
ИЗДАНО ТРОТЕСТЬ ТАВР ОДО  
КОММУНИТАТІ  
ІН  
ЛАКАДЕМІ  
ІНТЕЛІГЕНЦІЯ САНКТІЯ  
ГАРІФЕМ СПІР САНКТІЯ  
ІНТЕЛІГЕНЦІЯ САНКТІЯ  
ІНТЕЛІГЕНЦІЯ САНКТІЯ



ЛАЗАД САЛАМА  
БРАГІНІЧНІ ІЗДЕ  
МОСКОВІ



Redeuntes laetissimos istos dies, quos vetustissima religione christianus orbis nati communis humano generi seruatoris memoriae recte dicit, ius fas est et nos faustis votis, omnibusque prosperrimis excipere, et praeter publica sollemnia, etiam priuata feruentissima studia tanto et tam salubri nobis miraculo vnumquemque decernere. Numquam certe, quantumuis rei studioſa, christiana mens exhausturiet ~~το της εὐσεβείας μυστηρίου~~, licet continua et noua eius consideratione magis magisque confirmetur, et non conuenire nequeat, iure ἀμολογημένος μεγά illud *Paulum* praeiuisse. Venerabundum autem et iusta religione diuinitus plenum esse oportet, qui hic de caelo seruare velit: certe non leui nec improbo, ut hominum a deo alienorum esse afflolet, animo praeditum haec sacra admittunt; quem a suis adeo olim, quae varie ipsi instituerant, ~~ένας~~ esse iubebant, a veris cetera multum remotae gentes. Neque vero incerto  
A reli-



religionis quemquam sensu agi decet, et praeter id, quod ipsis libris sacris certo docemur, augendo, minuendoque vniuersi negotii miraculo operam sine ratione sedulam dare. Contineamur istis finibus, quos deum posuisse credimus; quibus ut proferendis pares non sumus, ita arctandis humanum nullum ius, aut eius potius mendacium umquam sufficiet. Qui aliter egerint interpretes spectatores saecularum rerum, licet non detrimentum praecipuum semper intulerint, utilitatem certam magis prae se ferent, quam praestabunt: quod inde a primis reipublicae christianae temporibus, si inde usque repetamus, ita habere confirmabitur.

Atque ita nos instituimus illustrando (1) Lucae capite I, quod cum aliis complectitur potissimum grauissimamque rerum magnitudine partem, quae angelum Dei iussu ad Mariam legationem maximam obeuntem sicut, nascendi ex ea propediem dei filii interpretem et nuntium. Quod argumentum utri his ipsis huius temporis sollempnibus maxime conuenit: ita etiam, collatis quibusdam eius re-

cen-

(1) Alienum est ab isto instituto, veterum recentiorumque excutere collatas in hanc pericopen operas; nobis certe sufficit, graecorum latinorumque patrum expositiones sermonesque hoc argumentum complectentes eo nomine adpellasse, quod *angeli*, non aliam, omnes personam hic agnoscent. Recentiores autem, quos, praeter commentarios Lucae libro destinatos *Lilienthalii archivarius* enumerat, repere nihil attinet. *Wolfi* curis, praeter eos, qui infra n. 23. nominantur, *Lampi* huius partis expositio addenda fuerit, qui in exercit. ad Pf. 45. et dissertatione 7 de *Spiritu Sancto*, nouam fore suadere studuit sententiam; quam eamdem, sed minus laudabili consilio, ornatum iuit Hiberniae episcopus *Robertus Clayton*, in libro: *an Essay on spirit*, secundum Londini 1752 edito; qui pluribus describitur et dijudicatur in *praestanissimae Baumgartenianaæ bibliothecæ* recensione vol. 4. 1753 pag 60 seq.

centioribus interpretibus, experimentum quasi capi poterit, non satis feliciter migrandorum utrumque finium, quos rei huius sacra monumenta posuerunt. Quum vero instituti huius ratio non ferat verbosorem ad istam pericopen commentationem: id nobis negotii potissimum dabimus, ut vulgatam et communem fere sententiam, quae legatum angelum et nomine et re ipsa fuisse, tenet, stabilitum eamus; recentioremque aliam, quae *Spiritum Sanctum* ipsum legationi praeficit, locum satis commode habere non posse, quantum quidem hic licet, euincamus. Prima ista operae nostrae pars, ita comparata esse videtur, ut causa omnis nobis comprehendenda sit; cuius plura omnino sunt momenta, certe illa fere. I) is ipse, qui legatione fungitur. II) Ipsa legationis peractae ratio. III) Maria, ad quam legatio pertinet. Quae singula plura rursus complectuntur. Nam quod ad primum attinet, varia tam ex *Lucae* hoc capite, quam *Danielis* libro de eo colligi possunt, quae ad cognoscendum distinguendumque illum faciunt. Inuenimus (1) ἀγγέλον nominari; quo nomine tam N. quam V. T. scriptores substantias rationales incorporeas, sc. spiritus, (2) virtutes subsistentes, plerumque deo inferiores, meliores hominibus, inveniunt: rarius filium dei, quod ex cetera τούς περιεπεμένους ratione colligi facile potest. Nihil attinere

A 2 nere

(2) Quod praeter antiquiora *Luc.* XXIII, 39. et *Philonis* de sacrificiis et *Cairi*, testimonia, multis aliis Rabbinorum meliorum constar documentis, ut *Maimonidis*: angeli sunt separatae et corpore carentes substantiae; cuius generis plura collegit *Jac. Ode* in amplissimo de *Angelis* commentario Trajecti ad Rh. 1739, 4. Sect. 3, c. 1, cuius libri commodum sit copia, post confessam fere hanc commentationem; ibi ei multa de contraria Patrum, aliorumque recentiorum sententia, quae angelis varia tribuit corpora, leguntur; qualia *Dionys. Petavius* iam ex patribus collegerat in corpore theolog. dogmatum lib. I, de angelis c. 3.



nere videtur, verbosius hic congerere, quae ex SS. certo  
sciuntur, (3) aut a Judaeis, (4) Christianisque (5) vario co-  
natu

(3) Cuius generis est, legationibus, ministeriisque dei varie ange-  
los fungi solitos esse: quae tam neminem fere fugiunt: aut ratione  
videntur non carere, vt etiam ad alias a vero deo alienas gentes ea-  
dem opinio deriuata fuerit, nuntios dei ad homines, spiritus, ge-  
nirosque statuentes. Quos an ipso hoc angelorum nomine ἔξως  
in signarent, dubium est, quamvis Cyprianus atque Augustinus,  
aliisque a Petavio lib. I. de angel. c. 1. excitat, *Platonem*, isto no-  
mine vnum dicant. Certius in *Aristidis orat.* eis Ἀθηναί reperisse  
id se putauit *Tan. Faber*, quod er *Grotius* et *Bynaeus* opinantur;  
quem postremum vid. de *natali Christi* p. II. Sed *Aristidis* illa  
verba, ἀγγέλοι μεν γάρ εἰσι μετόνομοι (Minerua) καὶ τῶν ἀγγέλων  
(scil. δαιμονῶν, vt subjectū intelligatur aliud) ἀλλοι ἀλλα ἐπι-  
τάττει, non videntur certissime id ostendere. Minerua maior est,  
quam vt vulgatum viliusque nuntii ministerium obeat, quia nunti-  
iūs alii plura exsequenda praecipit. Hic non appetet ἔξως,  
ἀγγέλοις dici; sed eadem ratione, ac *Diod. Sic. ap. Photium*  
cod. 245. scribit, Mosen Judaeis credi ἀγγέλοις τῶν τε θεού προ-  
ταγόρατον. Videmus iam et *J. Ode* plura in hanc eandem senten-  
tiam collegisse, pag. II.

(4) Ut præterea minus cabalistica difficulta et multa commenta, dissi-  
dia Judaeorum de die et tempore creatorum angelorum, gradus,  
quibus angelos separant etc. eo minus quicquam iuvant, quo ma-  
gis præterea scripturam sapiunt seduli doctores; vt, cum inter in-  
tellegentias a materia separatas, *Mich. Gabr. Raphaelm*, *Vrielem*  
recensent, et tradunt: hos non comprehendendi posse corporis sensi-  
bus, nec vñquam viſos, sed tantum intellectu eleuato ad spiritualem  
contemplationem, vocem audire contigisse; vid. *Menass. b.*  
*Ifr. probl. 22.* de creat. et *Sauberti* diss. de adoratione angelorum,  
pag. 44 *palaestrae theol. phil.* Quod et *Danieli* contradicit, et libro  
*Tobiae*, et *Lucas*, qui humana forma *Gabrielem* apparuisse nar-  
rant; et ab Arabum sententia recedit, qui plura talia Judaeis ra-  
men debent, frequentissime *Gabrielem* sine tanta maiestate homi-  
nibus miscentium.

(5) Personato certe *Dionysio Areop.* similibusque incertarum rerum  
mo-

natu, incerta pleraque adintuenta fuerunt; nos certe parum iuuantia, nisi cui Judaeorum quaedam traditiones, antiquiores, et a Mariae, Lucaeque temporibus proprius abesse videantur, quae ad cognoscendam istius aetatis opinionem hominum, (6) non conferre nihil queant. Id tantum obseruamus, simpliciori narrationi melius conuenire, si eundem conceptum, qui est frequentissimus, cum isto vocabulo iungendum putemus. (II) Describi angelum *tum* earum rerum indicis, quibus, quia in hominem (7) maxime cadunt, colligitur, habitu et forma hominis comparuisse; cuius generis descriptio de plerisque angelis in V.T. etiam occurrit; quare et Daniel (8) humana forma appa-

ren-

moleste sedulis interpretibus, praeterea, quod in sanctionibus, ut necesse est, non conuenient, inesse nihil firmi et stabile, ipse Petavius fatetur.

(6) Quo referri possint, crebra angelorum cum hominibus commercia, Judaeorum narrationibus celebrata; et ingens disserimen, quod *inter Messiam, eiusque spiritum*, qui super eo requiescere dicitur *Jesaiæ 11, 2.* quem et eundem esse dicit, auctoritate R. *Lakisb*, Breschisrabba, ac, qui *Genes. 1, 2.* super aquas se mouebat), et inter omnes cuiuscunq; generis angelos, intercedere tradunt. Hos creatos, constanter docent; Messiam autem, eiusque spiritum in ista creatione, vrope antecores iuantes, non comprehendhi perhibent.

(7) Ita *Luc. 1, 11.* stetisse erectus ad latus altaris dicitur; v. 27, *ingressus* esse in Mariae domum, et *abiiisse* v. 38; *locutus* more humano et rogatus respondisse, v. 35. Ceterum vix opus fuerat tantis de lingua angelorum libibus; qua de causa *Bynaeus* lib. I. c. 1. p. 46, D. Petavius lib I, c. 12. de angelis, et *J. Ode* pag. 364 plura collegerunt. Poterat enim eadem ratione de incessu, de visu, et auditu angelorum queri. Non poterat hic angelus non loqui; sed num idem, aut quodnam eius rei simile ipsos inter angelos locum habeat, de eo varie coniicere, quam edicere, est facilius.

(8) Cap. 8, 15. stetit in conspectu meo quasi species viri,

A 3

quae



rentem Gabrielem, hominem s. virum aliquando nominauit; tum a se ipso iis verbis, ὁ πατερικὸς ἐνωπίον τῷ Θεῷ, καὶ ἀπεσάλην etc. quod ipsum Raphael alibi (9) de se dixisse perhibetur, et profanis adeo quodammodo angelos decere, (10) credibile visum fuit. Ex quo satis recte conficitur, pertinere hunc angelum ad summi dei seruitia et ministeria, qui venerabundi eius iussa excipiunt, deo cetera ipsi subiecti ei immenso naturae intervallo ab eo se inueniunt. (III) Bis expressio nomine designatur, *Gabriel*, quod v. 19. ipse sibi esse praedicat, et v. 26. indicat *Lucas*. Quo ipso fieri vix potuit, quin *Zacharius*, et quidem ut v. 6. laudatur, πορευόμενος ἐν πασὶ ταῖς ἑγούμεναις καὶ δικαιομέναις Κυρίᾳ, in memoriam eius vene.

quae species a voce quadam statim *Gabriel* compellatur; graece ὁ ἄγαλτος ἀνδρός, quem eundem c. 9, 21. volantem conspicit Daniel, et ob habitum cetera humanum בָּבְרִיאֵל שָׁאַל virum Gabriel nominat; eundem c. 10, 18. describit, species quasi hominis tetigit me; ipse ab ea vitro bique *vir desideriorum* appellatus.

(9) Tobiae 12, 15, ἐγώ εἰμι Ραφαὴλ εἰς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγελῶν τῶν ἀγγέων, εἰς πρεσβυτέρους τὰς πρεσβυτήριας τῶν ἀγγέων, καὶ ἐπιπορευούτων ἐνωπίον τῆς δόξης τῶν ἀγγέων, siue, ut habet Hieronym. ego enim sum Raphael angelus, unus ex septem, qui adfassus ante dominum, quod de pluribus affirmatur Daniel 7, 10. Iste septem archangeli crediti, vid. Ode p. 270. cum ἐπιπορευούτων conuenit, quod *Gabriel* Dan 9, 22. dicit, יְהוָה צְדָקָתָה, unde praeplacet, quam quod aliae edir. legunt, εἰσπρεγμονται. Michael et Gabriel dicuntur ideo angeli ministerii, ap. Gaulmin, de vita et morte Mos. p. 167. et Ode. loc. c.

(10) Praeter allegatum a Clem. alex. *Orphei carmen*, quo nomine non omnes patiantur,

οὐδὲ δὲ θρεψω παραστατιν πολυμυχθόι  
Ἄγγελοι, Pseilus tradit doctiores Graecorum putasse, ἐν προθυροῖς τε τῆς τε ἀγγελος ἑστῶται. Cyprianus prodit, Hofstanem docuisse, angelos veros sedi dei assistere, quae Petavius collegit lib. I. c. 1. de ang. vid. et Bynacum pag. II.

venerit, quod *Danielis* negotio non dissimili plane, traditum fuit. Cuius nominis vim et significationem quamvis non omnes eamdem statuant interpres; (11) tamen nos non magnopere morabimur. Fuerunt, qui causam desiderarent, quam ob rem angelorum nulla nomina inueniantur in libris ante babyl. capt. consignatis, (12) reperiantur autem postea? Ita quidem res, licet parum momenti forte habeat, si respondere quis incerta nolit, non tamen difficillimum videretur habere nodum: si id occupare liceat, haec nomina non deum ipsum habere auctorem, (13) cui certe nullo distinguendi opus fuit adiu-

(11) Vid. Venerandi collegae C. B. Michaelis annot. in *Danielem*, p. 256, et celeberr. *Simonis onomaisticum* pag. 495; *Bynaeus* p. 13. 14. *Lampius* loc. citando, et *Ode* primam nominis partem alii in concreto, alii in abstracto exponunt. Si eligatur, *vir dei* i. e. *viri*, seu adulti et perfecti hominis forma, dei iussu utens, conuenit fere cum *Danielis* descriptione, c. 9, 15. *species quasi viri.*

(12) Conf. *Poli synopsis ad Iuc. 1. Tremelius* ad syr. test. ibidem, et J. *Ode* ipso commentarii laudati initio. Judaeis plerisque alia fuit sententia, licet etiam fuerint, qui ex Assyria nomina ista allata statuerint. Mosis iam tempore nomina angelorum *Raphael*, *Vriel*, *Michael*, *Gabriel* hic ibi commemorant; quod et in *Targum* antiquiorum librorum non raro fit; vid. *Buxtorf* lex. *talmud*. *voc. Gabriel*, *Vriel*. Idem et apud Arabes obseruare licet, qui ipso Adami iam tempore talia nomina produnt; et in verusto, licet apocrypho, libro *Enochi*, vid. *Fabric. cod. pseud. V. T. parte 1. p. 187.* et in parua *Genel.* et *Esdrae* hb. 4, in quo *Jermielis* et *Sealthielis* nomina habentur. Omittimus *abraxaea* negotia plurima; quae cuncta peruvulgam fuisse sententiam ostendunt, quae angelis antiquitus iam nomina quasi propria tribuit.

(13) Non succurrat verbosus et diligenter iam hac de causa actum ab aliis fuisse. Meritissimo *Lampio* contraria sententia sedet in differt.



iumento. Hominum adeo cum fuerit inuentum, et seriorum quidem facilius quam vetustiorum, qui diuersa olim appa-

dissent. vitima, de spir. S. apparitionibus edit. Bremen. 1729, p. 20, cum autem nomen hoc (Gabriel) qualecumque sit, deum certe auctorem habeat, in omni emphusi esse sumendum sequitur. Vtrumque nobis quidem non videtur satis recte occupari. Judaeorum certe aliam esse sententiam, ex antec. (12) constare poterit; quorum et alii angelorum nomina ascendisse cum Judaeis ex Chaldaea afferunt, non addito deo auctore; id certe dicit R. Simeon ben Lakisch in Talmud. Hieros. ap. Ligfoot. in horis hebr. ad Luc. 1, 26. infirmior vero videtur ratio, qua ex Dan. 8, 16. colligi queat, auctorem vocis, quae Gabrielis eloquitur nomen, ipsum deum, reuelantem, non vero inspirantem tantum, fuisse; et si contendere cum quoquam nolimus. Certe non obstat, quod J. Ode (qui pag. 1059 adeo ipso a Deo, angelo huic nomen illud datum, similiter arbitratur,) pag. 4. differit: haec nomina muneri eorum, quod obibant, tunc temporis, et circumstantiis, in quibus versabantur homines, ad quos mittebantur, fuerunt accommodata, (a deo, vt sentire se alibi prodit); nam id ipsum hominibus tribui potest, vt Judaei, Daniele adeo antiquiores, priuatis opinionibus angelorum varie apparentium, quadam nomina ex circumstantibus adinuenient; unde vox illa, licet dei statuatur, Gabrielis nomine ad designandum angelum ex superiorum ordine, vt portaret. Atque ex Judic. 13, 6. fere colligi queat, sollemnem fuisse opinionem, quae personis supra hominum sortem elatis, *angelo similissimis, viris dei*, nomina esse propria posse, tenuit. Deinde, licet dederis, deum ipsum auctorem: certum tamen emphaseos praecipuae confilium ideo nondum deo tribui potest, nedum tantae, vd inde diuinae personae praedicatum fiat; quia, cum Daniel c. 7, 10. innumerabiles viderat angelos, qui stant ante deum et ei seruiunt, hic ipse Gabriel, cuius item erectam formam vidit, ipso nomine, quod eamdem formam includit, admonere potuit, esse et ipsum illorum ex numero, cum et iste exponenda visionis ministerio, iussus, et seruiens deo, fungereretur. Danielis autem narratio indicium certum nullum continet, tum *primum* a Daniele ipso haec nomina audita fuisse.

apparentium; de quibus legebant, angelorum exempla  
ipsi interpretati, nominibus apparentes auxerunt, pro va-  
riete negotiorum rerumque, quibus alii aliquae adiuto-  
res interfuisse credebantur: nihil causae esse videtur, quod  
antiquioribus in libris angelorum nomina extare debuisse  
aliquis putet. Dei vero, cuius seu potentiae, seu benigni-  
tatis administrisi illi contigerant, eminens in eos dominium,  
ipsa componendorum nominum ratione non inepte com-  
plexi fuerint; vnde illa pleraque *el* includunt. Hoc porro,  
cum nihil habeat, quod cum errore et periculo aut super-  
stitione per se coniunctum sit: nihil est, quod impedit,  
quo minus et deus et angeli et sacri scriptores, vistitam de-  
signandorum certorum angelorum consuetudinem secuti  
credantur. Angeli certe haec nominis quasi professo idem  
valet; ac si dixisset, ego sum talis angelus, cui olim homi-  
nibus non numquam intermixto, Gabrieli nomen addide-  
runt, mei notitiam seruatur, faustus adeo et laetarum re-  
rum non dubius nuntius; ut nomine ipso adeo prodito,  
quod dextri semper omnis fuerat, metum omnem exem-  
erit. Sed haec et his similia, vt cunque aliquis existimauerit,  
non in magno ponenda sunt discrimine. Illud potius  
tenendum nobis videtur, licet quidam aliter sentiant: non  
deesse rationem, cur propriorum (14) in loco haec nomina  
habent.

(14) Varias sententias breuiter recenset *Bynacus*, p. 14. Qui et ipse  
post Fr. *Gomarum* proprii in loco haber; a qua sententia in contra-  
rianum dissestit *Lampius* diss. p. 19. (cuius vestigia legit *J. Ode* p. 4);  
istam ob rationem: Gabr. Mich. nomen nec proprie nec symbo-  
liche angelis crearis competere; non *proprie*, quia humana lingua  
non vrantur, (adit *Ode*, nec Deo compellandis angelis, nomi-  
nibus opus sit), nec scriptura vsquam nominum meminerit, pra-  
eter haec, quae in quaestione sunt. Nec *symbolice*, quia nihil  
contineat, nisi quod angelis omnibus commune sit. Sed, si ista



habenda sint. Cum enim aliis ab alio omnino angelis, et praeterea per externam rationem demandati, procurati que variorum temporum, locorumque, negotii differant, et homines apparentium angelorum conditionem distingue re (et augere adeo opinando) possint, quippe siue eadem, siue alia, omnia aut quaedam, varijs apparitionibus experti: obstat nihil videtur, quo minus, si eadem omnia redibant, eundem; sin, alium crediderint, illamque et diuersitatem et conuenientiam vno vocabulo, quod aptissimum videbatur, complexi, breuissime angelum designant. Nam omnia deinceps id tantum efficerint, non satis cum ratione nomina angelorum a priscis Judaeis inventa videri posse; non autem, nomina angelis nulla olim tributa fuisse. Hoc quippe plurimis Iudaicorum domesticis, aliquis claris constat testimonis, et ante, et circa, et post Christi tempora, Iudeos. Gnosticonrum gentes istis nominibus individua quaedam angelorum certi ordinis, semper conceperisse. Et vana videri potest omnis illa disputatio, donec simul evictum fuerit: Iudeos ipsos his nominibus etiam deum ipsum, aut aliquid angelis melius, non raro comprehendi possent, alter praestabat hoc historico argumento ista sententia. Praeter ea autem, ipsa argumentandi ratio non satis constat. Nam si ea ipsum Lampum non impedit, quo minus his nominibus Filium dei et Spir. S. quibus tamen haec negotia similiter, angelis esse putar, communis sunt, ut distincta subiecta hic conciperet: nihil apparet causae, quare non duo angelos alii his nominibus conceperent iam olim, et transmittere ad posteros potuerint. Communem igitur potest angelis alii; sed quod Gabriel aut angelus quicunque alius fecisse isto tempore locoque legitur, id cunctis alii non potest tribui. Istud autem prius, nec angelis singulari inveniuntur, nec deum his nominibus vti, nec scripturam alios nominare designare: nihil plures impedar, quo minus homines certis nominibus angelos varie apparentes, accipere potuerint, afficerint, que. Nec hac in causa praecipuum momentum est scripturae saepe in ea; qui cum ad historiam omnino pertineat, libri quicunque alii antiqui ad eam sufficiunt.

gnarint; ne plurium rerum commemoratione opus esset.  
 Hominum certe usu et consilio talia metienda sunt: quorum  
 ad certam consuetudinem arbitrandique ingenium, quoad  
 recte fieri potest, scribendi genus adhibent scriptores sacri.  
 Quare, si Judaei prodiro angeli cuiusdam nomine, indiuidu-  
 um quasi certae speciei, superiorum angelorum, menti  
 proponebant, iam ante Zachariae, Mariaeque tempora:  
 locum et hichabebit, ut Zacharias non quemcunque, sed  
 eorum ex numero, per quos deus insignia omnia beni-  
 ginitatis documenta dare credebatur, presto esse intellexerit;  
 qui continuato ministerio, etiam ad Mariam, Luca teste,  
 dei interpres fuit. Quod et ipsum ad omnes, quorum in  
 conscientiam vtrumque negotium tum peruenit, non leui  
 pependisse momento videri potest: summorum quippe an-  
 gelorum ministeria, non, nisi rerum ingentium et diuinis-  
 simarum, contingere persuasos. Huc et id accedit, quod  
 ipsa illa oratio, *ego sum ἄρχετος* Gabriel, ex omnium lin-  
 guarum ratione, appellatio nomen arctius et discrimen  
 proprium addere soleat. Jam, si Daniel, Zacharias, Ma-  
 ria, *angelum* visitatissimo conceptu, intellexerunt quem-  
 dam ex Spiritibus creatis, a deo, a Messia adeo, eiusque  
 Spiritu distinctis, neque enim ullum exhibiti cultus, agniti-  
 tue dei, occurrit vestigium; si descriptio, quam de se ipse  
 praedit legatus, seruitum naturae proprium et solempne fa-  
 tetur; si et tum temporis, et antiquitus, Judaei angelis  
 quibusdam nomina propria attribuerunt; si tandem ipsa  
 orationis conditio efficit, ut in meliorum sacrorum coetu  
 pleraque per secula, inde a primo ipso Christi tempore  
 nihil umquam de maiori persona, quam hic angelus susti-  
 nuerit, fando auditum fuerit: verosimillimum profecto, nisi  
 certissimum, est, angelum hic creatum, ut sunt vere, qui  
 praestans humano generi ministeriis adhiberi plerumque  
 solent,



solent, hanc legationem obiisse. Destituitur certe validioribus his praesidiis contraria sententia. Arabum sane, seu Mohammedis sequacium, quam quidam commemorant, (15)

(15) Non sine dubitatione quadam id tangimus, quod hic ibi commemorari solet. *Gentius* notis ad MUSLAD. SADI rosarium polit. p. 533 scribit: *Gabrielem Spiritum S. esse dicunt arabes, sed nihil ultra addit.* Nec inuenimus rem clarius excusam, quod sperabamus, in *J. Ode amplissimo*, taliumque referentissimo, que vila ratione ad angelos pertinere possunt, commentari. Non fugit quidem, in *Corano* occurrere, quae id iuuere videri possint, sed nec ei rei satis fidimus, et, si eius venia detur, audemus profere, que nobis in mentem venerunt. Vrum Arabes Spiritum S. Gabrielem esse dicant, obscurius quaeri videtur; ideo id potius quaerimus, vrum idem Mahumedianus sine pluribus, sine quibusdam, sit subiectum, sive Gabriel a Christianis, sive Spirit. S. dihonatur; ita, vt si e. g. *Lucae cap. I* legant, logo Gabrieles Spiritum Sanctum individuum certum, vnum idemque cogitatur sint? Affirmare non audemus. *Curan. Sur. 2, 87.* tradit ex vers. *Marracci*; et iam quidem attulimus Moysi librum, et subsequi fecimus post eum legatos, et attulimus Jesu filio Mariae demonstrationes, et roboravimus eum SPIRITU SANCTO. Hae Otidio deditus et Fabras interpres arabici, exponant, adiunxit et spiritum S. Gabrielem, ut sanctificaret eum, et ambularet eum eo, quounque ambulabat. Sed, si *Gentius* affirmatio nulla ratione alia nititur; non debuit summatim loqui, quia vix priuata est quoquandam, et, vt nos arbitramur, falsa, interpretum sententia; qua tamen nihil aliud conseruit, quam Gabrielem dici Spiritum, qui sanctitate gaudet, quam cunctis angelis bonis tribuunt arabes. Interpretum autem non rarae sunt aberrationes a mente Corani. Ex iis quae H. *Sikius* notis ad *euan gel. infantiae* p. 81. excerptis, ex scholiis ad *Sur. 3. Corani*, apparet, animae loco Christum habuisse verbum et *Spiritum dei*, ex opinione Mahumedianorum; quae anima, sublata, sit ex eius cruce affigendi corpore, angelo suscepta, qua ratione Christus cruce tandem affixus fuit. Cum his, de *anima Christi*, *Spiritu dei*, conuenient fere, quae haber ipse Gialal. in Sur.

opinatio, eo minus dubium facere quemquam poterit:  
quo minus is vñquam interpretandae scripturae sacrae

pro-

*Sur. 66, 14 ad verba, insufflauimus in ea (Maria) de Spiritu no-  
stro (dei), licet et ibi nomen Gabrielis intrudat, de spiritu (scribit),  
„nolito, nempe Gabriele, cum insufflauit in aperturam tunicae  
„eius ad collum, efficiente deo, ut flatus eius perueniret ad vul-  
„nam, et ex eo conciperet Iesum.“ Sed sufficit, collato vrroque  
Corani loco, prioris veram expositionem effici, quod et ex aliis  
contingit interpretibus. Ahmed fil. Moham. Thaleb. in prodromo  
Maracci parte 3. p. 62. 63. scribit, alii dicunt, — — creavit  
deus spiritum, et formam dedit illi, misitque illum ad Mariam,  
et ingressus est in os eius, fecitque illum deus spiritum (i. e. ani-  
mam) Iesu. Et Obaias: fuit Spiritus Iesu (i. e. anima) unus ex  
illis spiritibus, quos comprehendit pactum dei, misitque illum ad  
Mariam et intrauit in eam. Qualia plura Maracci hic ibi colle-  
git. Sed ista sufficient nobis, vt ex quibus appetat, differre Ga-  
brialem, et Spiritum dei, qui Christo loco animas addidit fuit;  
et verba Surae 2. roborauius eum spiritu sanctitatis, non eo sen-  
su intelligi recte posse, ac Gialal. et labias interpretati sunt; de  
addito Gabriel, Christi semper comite; sed de addita per deum  
anima Christi sanctissima. Haec est ratio, cur ab aliis, e. g. Kef-  
sae apud Sikiūm p. 85. et in Corano, Christus ipse, Spiritus dei  
dicitur, nempe aperte (anima) posteriori, vt idem Mohammed afric.  
apud Sikiūm indicat. Quem errorem Mahumed a priscis quibus-  
dam haereticis Arianis, Apollinaristis, haud dubie suscepit;  
quorum quidam aut λόγον omnino pro anima fuisse Christo, aut  
pro rationali crediderunt; vt sensituum humanam tantum habuerit:  
licet erroris rationem, veramque conditionem, Corani interpretes  
non omnes tenerint, et ideo varia sentiant. Hunc Spiritum  
Sanctum, qui loco animae Christo fuit, latius distinguunt a Gabrie-  
le, Mahomedani. Ipse Gialal in Suram 66, 14. distinguit Gabrie-  
lem a Spiritu, quem Gabrielis ministerio vsus deus, Christo ani-  
mam addidit. Itaque non ausi sumus Gentium opinio ea in re  
sequi. Si autem id tangitur, Gabrialem dici Spiritum dei, in Cora-  
no et a Muhammedanis, quod Dankauerus ex Hakspanio a Guadagnolo*

B 3

factum



probalis auctor habitus fuit; qui susceptos errores non alter suadere potuit, quam detorto corruptoq[ue] in suam caussam sacrorum librorum argumento. Nec id obiici nobis potest, multa Mohammedem ex Judeorum habere armariis; quia ipsi Judaei, Gabrielem a Spiritu Sancto sati distingunt. Aliunde ergo desumferint oportet, si Spiritum S. nonorum isti sacrorum interpretes cum Gabriele vñquam commutarunt et miscuerunt; nisi domestica sufficit huic infaniae prauitas, quia simil ipso diuinitatis consortio eiusdem Spiritum S. et ad ignobiliores naturas, quae sunt creatorum, deiectum voluerint, necesse est.

Alterum momentum, quo et istud iuuatur, legationem ipsam comprehendit, et quadrisfariam diuidi, a nobis autem breuissime tantum illustrari potest. Praeter summatim indicatam a deo ipso procuratam allegationem, temporisque et loci, quo contigerit, designationem v. 26. occurrit 1) salutatio v. 28. consueto cum hominibus amice agentium more, additamente autem triplici (16) aucta, quod


factum dicit, pag. 1657. dissert. edit. Misleri: nihil dicitur, quod hue pertineat. Omnes enim angelos a Mahomedanis *Spiritus dei* vocari, constat; quod Maraccius etiam faterur, p. 61. prodr. part. 3. Ceterum distinguunt etiam *Spiritum S.* qui descendit in Apostolos, seu inspirationem; Ahmed fil. Abdalhalim pag. Maracc. 39. Talem autem personam, quam christianorum ex Symbolo sciebant, vid. ibid. p. 37. non agnoscent, nec Gabrielis, nec alio, nomine afficiunt.

(16) Constat enim 1) graui commemoratione effusi in Mariam dei favoris, cuius tam certa sit conditio, ut *נָשָׁרְגִּתְעַמְּנָה* inde compellari ipsa queat; quod non satis recte illustrare, viderur *Lizfootus* horis hebr. ad h.l. ex Daniele, quem angelus nominat *שָׁנָה*, vnde Mariam הַשְׁנָה ab angelo dictam opinatur. 2) Caussa ipsa redditur, a qua id boni eueniat, *בְּרוּגָסְמֶתְאָסָה*, quod

quod nouae rei summam obscurius prodit, attentionem autem maximam eo minus excitare non poterat, quo certius humanus istorum sponsor esse non poterat, ipsum autem interesse deum auctorem oportebat. 2) Clariorem propositionem v. 30. praecedit, *tum* turbatae virginis confirmatio, *tum* reperta assertio non dubii in eam dei fauoris, vnde laeta omnia animo concipere poterat. Propositione autem prodit (1) v. 31. matrem fore, atque *tam* mutacionis in utero eventurae certo conscientiam, *ibid.*; quam terminatae eius in conceptionem, partumque masculum; peregrinumque nuncium ipso iam indicato pueri nomine confirmat; cuius haud dubie rationem exposuit (2) Felicissimam matrem fore, v. 32. ob filii magnitudinem, qui non solum alio auctore et parente nascatur, quam homines solent; sed etiam dei destinatione rex futurus sit, haeres quasi et filius Davidis, ex quo per matrem genus duceret; et praeter eas maius humanis regnum, sine fine aeternum, et in omnes patens, *in dominum Jacob*, obtenturus. Quae, licet breuis descriptio, recordatione eorum, quae per prophetas similia praedicta erant, ipsam regni indolem facile designabat.

3) Clarissimo (17) indicio v. 35. Maria locum v. 34. dederat;

quod est indicium, immixti eminenti ratione novo ipsius negotiorum causae, dei, praeter visitatam ceterisque hominibus contingenter prouidentiam. 3) Propior significatio, quo nam nomine praecipue *is* fons ipsi concepiens sit, quatenus scil. mulier esset.  
 (17) Omissimus expōendi causam ipsam, vt pote non ignotam, patribus certe non paucis, et nostris plerisque diu probaram; eoque rectius probandam, quo certius hoc incarnationis negotium ad ea pertinet opera, quorum obiecta a deo distincta et separata sunt, *opera ad extra* ideo dici solita, quae tribus personis communia sunt. Nec tamen debuit ideo personale esse opus, si Filii personae maxime competens: si relative, et terminative consideretur;



rat; quae ipsa complectitur *tum* caussam efficientem Tanti  
 miraculi, Spiritum Sanctum Filium dei aeternum,  $\psi\mu\sigma\omega$   
 seu patrem deum, ad vestiendum humana natura  $\lambda\sigma\gamma\sigma\omega$   
 concurrentes; *tum* rationem quodammodo producendi in  
 ea nati, per operationem caussarum illarum immediatam;  
*tum* effectum, non indignum tanto opifice, describit;  
*sanc*tum fore, quod nascatur, seu separatum a cunctis hu-  
 manis vitiis; *Filiu*m porro dei iure (18) nominatum iri;  
 quod hominum adeo, expertorum tantam Iesu praestan-  
 tiam, venerabundam praedicit de eo sententiam. 4) Rei  
 tantaे expositionem confirmat fidelis legatus, *non solum*  
 ab exemplo v. 36. *Elisabethae*, cuius omnem conditionem  
 Maria non ignoraret, et quae tamen sex iam menses feliciter  
 uterum gestaret; *sed etiam*, vnde et id euenerat, in  
 mentem reuocata dei immensa potentia; cuius cum de vo-  
 lenti lun-  
 est enim in carne induendi Filii persona terminata illa actio. Id ad-  
 dimus, varias interpretum sententias, de  $\pi\kappa\alpha\kappa\sigma\tau\omega\zeta$  et  $\pi\kappa\alpha\kappa\sigma\tau\omega\zeta$   
 denominandi ratione, prostare, a *Bynnio* p. 132, *Wolfio*que recitan-  
 das; videndumque esse, anne optime ad praesentis apparentis  
 que dei signum quoddam, quod in oculos cecidit, qualia in V. T.  
 lux, nubes, commemorantur, referantur: quemadmodum  $\pi\kappa\alpha\kappa\sigma\tau\omega\zeta$ -  
*Dovtos πνευματων ἄγις* super apostolos Act. 1, 8. symbolum  $\gamma\lambda\omega\sigma$ -  
*σαι ὡς πνεύμονες* Act. 2, 3, fuerunt. Ut Maria et ipsa diuinitus ortae  
 conceptionis certissima facta fuerit, externo dei symbolo quodam;  
 quod miraculum licet ei obtigisse non legamus: necesse tamen est,  
 conuicta sufficenter fuerit de tantae rei mysterio. His certe ver-  
 bis cum usus est angelus, quae talia signa complectuntur: vix ipsa  
 Maria aliter cogitare poterat, quam ad futuri dei externum quod-  
 dam signum eventurum. Quod credibile est, interiecto inde ab  
 Angeli discensu, et ante Elisabethae compellationem, statim con-  
 gisse. *no log endi sabu* *mittel isti debi arreba* *wh atago* *wh*  
 (18) Ita post Fr. *Gomarum*, et S. V. *Feuerlinum* ad August. Confess.  
 p. 17. ad artic. 3. videtur optime reddi,  $\pi\kappa\alpha\kappa\sigma\tau\omega\zeta$ , quod hac ra-  
 tione id, erit, quod alii volunt, complectitur.

luntate ipsi constet, de re ipsa amplius dubia esse non queat. Obseruare liceat, Lucae narrationem ita habere, ut separetur diligenter rei nuntius ab efficienda eius societate, qui certe nullam a se credendae rei rationem deriuat; atque ita certo effecit, vt Maria eum a communione conficiendi negotii excluderet; quod ipsum ergo alii omnes fecerunt. Vnde et Lucas eamdem sententiam narratione ipsa prodit, vt profecto aliter Lucam scribere oportuerit, nisi haec sententia omnium sedere animis, nuntiusque isto honore ad omnes carere debuerat, quo Zacharias et Maria, afficere eum non neglexissent, si villo probabili iudicio collocatum deum cum ipsis ipsum credidissent.

*Tertium momentum* ad Mariam pertinet, et breuissime considerat, quomodo hac in caussa ipsa se geslerit. Cuius v. 29. 1) maxima inopinatae rei admiratio describitur, quae summam attentionem intuoluit, notato quippe diligenti vſu *tum* oculorum, ἰδεῖα, (19) sc. ἀγγέλον, haud dubie insolitus quid praeter humanam formam prae se ferrentem; *tum* aurum, quae salutem dictam, praedicatamque prae aliis praestantiam exceperant; *tum* rationis, cuius omnis facultas in eo occupabatur, vt collata praeſenti ſuarum rerum cauſa cum angeli oratione, et rebus aliis, quibus tanta decora concipere quodammodo liceret, perſpiceret, quo tandem nomine talia de ipsa celebraret. Ita enim vis esse videtur verbi διελογιζετο. Verosimile fiat, (20)

Mari-

(19) Opus certe non est, ἰδεῖα, cum hebraismo comparare, vt pro audiare adhibeatur. Species certe insolita prius, niſi et maiis, magis, commouebat animum: eum vbi vidit, loquentemque simul audiuit, dupliceſter διεραγγεῖη.

(20) Saubertus diff. de Haalma matre Imman. pag. 155. palaestrae, de Π emphatico, quod non numquam ἐξαιρετο. τι in subiecto indi-

C

care



Mariam non plane nihil certi mente voluisse auditis istis  
praeconiis, et praecipue isto, ἐνλογημένη συ ἐν γηναιξιν. Quem-  
admodum enim satis aperte omnibus se mulieribus prae-  
ferri intellexerit, idque dei, quo dignanda esset, beneficio;  
mulieris autem iudaicae illa summa vulgo felicitas crede-  
batur, si Messiae mater foret; ipsa tandem Maria non mi-  
nus ac alii tum pii homines Messiae aduentum exspecta-  
uerit, et non sine miraculo euenturum ex prophetis scitue-  
rit: ita non videtur a vero omnino alienum, statuere, ipsi  
huius rei aliquid in mentem fuisse, ante clarius exppositam  
rem, et si non satis certum et distinctum. Quo et id refer-  
ri possit, ipsum loquentis angeli externum modum gestum-  
que interpretis quasi officium occupare potuisse. Conti-  
nuata vero angeli oratio ita concepta est, vt, nisi iam sub  
ipsum perorandi initium Mariae mentem subiit memoria  
praedicti a Iesaiā negotii: iam profecto Iesaiæ oraculum  
non cogitare non potuerit; quocum non rei argumentum  
solum, sed et verba adeo ipsa (21) aperte conueniebant.  
2) Occurrit sedatoris iam Mariae indicium v. 34. quae,  
desiderio tantae rei, intelligendi modi studiofa erat. Id  
ipsum enim, quod in eam conueniebat, quod virgo esset,  
et quod, virginem illa mansura, marito humano locus non  
esset, sollicitam varie mentem reddebat. 3) Humilis Mariae  
in tantum negotium, quod varia cura et sollicitudine non  
care-

care monet, addit: sic hoc loco propheta voce *βαλμα αυτωρουασι-κως* determinat virginem Messiae matrem, quam angelus domini  
vocauit gratia plenam et bened. inter mulieres. Quasi dicat Iesaias,  
*εκεινη* illa *κεχειροποιη* deo etc. Quod si firmiori constaret  
ratione, luculenter nostram confirmaret sententiam; quae tamen  
non tam emphasi quadam huius vocis, quam simillimo argumento  
nititur.

(21) Quod noravit Dionys. Petavius de dogm. theol. de trinitate  
lib. 3. c. 6. num. 3. pag. 152 edit. Clerici.

❀ ❀

carebat, consensu v. 38. quae dei sumnum in ipsam arbitrium agnoscit, et inde etiam huius caussae omnem modum, initium et successum deo plane committit. Unde, cum constet, hoc momento id negotium nondum incepisse, quod Maria adeo exspectaturam se prodit, incerta est, ne grauius dicamus, eorum opinatio, quae conceptionis ipsum initium in hoc interuallum, quo Gabriel cum Maria versatur, coniiciunt, et per ipsa prolatu*a* legato verba (22) Mariam concepisse statuerunt; quod multum abest, a descriptione confiendi tanti negotii v. 35; licet tempore non multo post Mariam concepisse certum sit. (\*) Sed contrahenda sunt nobis vela, ne solitum harum scriptorum modum excedamus. Venimus ad alteram huius commentationis partem, quae diuersam respicit recentiorum quorundam sententiam, de vero ad Mariam legato, vario animo consilioque proditam. Quemadmodum enim,

C 2

(22) Patrum quorundam ista fuit opinatio confer. Aßemannii biblioth. oriental. tom. I. pag. 91. ita et graeci in octoecho apud Allatium. Auguſtini quondam creditus, aliis Fulgentii, sermo quidam: maritus sermo, vxor auricula. Anafas. Sinaita sermone 2 in annunciat. Mariae, tomo 9 bibl. max. patrum pag. 941, dum miscet (Gabriel) sermones, vnigenitus dei filius subiit virginalem vtreum, A quo arabum commenta non multum abeunt, quorum quaedam supra n. 15. attigimus.

(\*) Quod ipsum, non istud, per verba prolatu*a* id factum, velle videatur doctiss. et variis nominibus meritissimus de re litteraria R. P. Franc. Anton. Zacharias, Soc. Iesu, in oratione quea Christi historiam complectitur, nuper admodum Veronae habita, et humaniſſime transmissa, p. 3. scribens: - annunciauit, quod ip/a pareret Filium altissimi. Cui cum assensu praebuisset Maria, statim eodem que momento dilapsum est verbum in uterum eius, ut ex ea carnem assumeret. Admittit enim interuallum, cum assensu praebuisset.



enim quos praecipue (23) tangimus, *Lampius* et Hiberniae Episcopus *Rob. Clayton*, meritis cetera vtique impares et fama, in eo conueniunt, quod angeli, quem asserimus esse Gabrielem, personam mutant, et Spiritum Sanctum ipsum, seruato angeli nomine, huic legationi praeficiunt; ita in eo vehementer dissident, quod Deum alter, alter eminentem ceteris spiritum (\*\*), sed ipsa natura summo deo inferiorem, Spiritum Sanctum esse per-

hi-

(23) *Lampium* enim aut sequi alii, aut minus dedita opera hanc sententiam defendere, aut refutari iam satis esse, videntur. Ita Daniel 10, 5. 6. *Cocceius* intellexit Spir. S.: sed a *Witio* miscellan. tom. I. Lib. 1. c. 6. §. 8. 12. 13. reprehensus. *Calonius* in bibliis illustratis *Rauii* eandem sententiam pro commento habuit; creatumque angelum intelligunt *Seb. Schnidius*, *J. Langius*, *Andreas Claubergius*, *Alphenius*, *Job. Dav. Trempenauius*, et *Ern. Frid. Neubauerus*, editis hic 2 diff. de Michaele, 1732. et qui pluribus quidem, sed non aequaliter solidis virutur rationibus, *J. Ode*, pag. 1058. seqq. cui haec nomina debere nos fatemur. Is ipse p. 1061. indicat contrariam olim ipsi opinionem sedisse, quam mutarit. Cum haec non soleant plurimum omnia in manibus esse: actum haud dubie non egimus, cum et cetera institutum differat. *Clayton* autem ad recentissimos peioris christianorum partis statores pertinet. In *Lampii* sententia esse etiam doctiss. *Tilemannum*, dictum Schenk, constat ex dissert. de angelo Spiritu S. nativitatis Christi nuncio, Marburgi 1747; sed cum ad manus non sit, arbitrari de ea non possumus.

(\*\*) Antiquiores iam sunt, sed quorum non parum pudeat, auctores, qui Spiritum S. angelum fecerunt: vid. *Euthymii*, *Zigabeni* monachi, *panoplia*, parte 2. titul. 12. pag. 123. bibl. patrum maxima; ex *Athanasi* Epistola ad Serap. dicimus *ifius impietatis esse inuentum Valentini*, dicebat enim *Valentinus*, cum paracletus mitteretur, una cum illo aequales ipsius angelos fuisse missor. Cetera patrum, Spiritus S. naturam creatis eximentium, aduersariosque refutantium commentaria, evoluere iam non licet; sed nec opus est. Constat enim antiquam esse calumniam.

hibet. Atque *Lampio* quidem, qui deum Spiritum S. inducit, praeципue placuisse ista opinio videtur, quam non solum exercitat. 3 ad Psalm. 45. persuasum aliis iuit, sed etiam disl. 7. de Spiritus S. apparitionibus, ex animi sententia repetiit. Episcopo autem non defuerunt, quibus placaret, qui enim in illa gente aut hodie possint? nec profecto sola sentiendi licentia, (24) quae multis hodie laudis loco esse solet, sed ipsa etiam, quae libro inest, indoles, exponnendaque sententiae sedula ratio et secura, fautores ipsi peperisse credi potest. Nos iam id non agimus, ut verbosius de ipso episcopi libro sententiam dicamus: facere tamen non possumus, quin duo oratione momenta breuiter notemus, quibus ceterae libri conditionis, fructusque vel pravae sententiae amatoribus sperandi, experimentum quoddam eo rectius capi possit, quo ista magis ad ipsum causae, quam defendit, caput pertinent, quod profecto non dedita opera ipse corrupisse putari queat. Omissa iraque cetera libri ratione, qui inde ab initio non fortissimo (25)

argu-

(24) Quo et aculeis non expers scribendi genus referri potest; vt, quod in dedicatione pag. LV. scribit de Athanasio: Who had no other merit, which the author can find, for being declared a Saint, but his base and low submission to the bishop of Rome; and his insolent behaviour to his lawful Prince, who undoubtedly had a Right to his obedience: quae petulantius fere scripta sunt, cum sancti nomen a nobis quidem nomquam inter Athanasi praesidia referatur, ipsa autem cetera criminatio, incertissima factorum interpretatione nitatur. Et pag. 145. with humble submission to such great Authority, nicaenorum anathema tangit, cuius generis ad finem libri plura occurruunt; a quibus longe abesse debuerat Episcopi grauitas.

(25) Eius generis fere sunt: ignorari, quanto perfectionum gradu Spiritus creari possint; certum esse, nihil deum creare aut producere posse, eadem potentia praeditum; implicare duo omni poten-

C 3

tes



argumentandi, sed fere argutandi, genere conficitur  
verbosiorum *Eusebii* quemdam ex *praeparatione euangeli-  
ca*(26) locum describit, cui tamquam solido fundamento re-  
liquam Filii, Spiritusque S. columniam securè imponit.  
Iam vero vel severo nostrae caussæ iudici probari non pot-  
est, 1) quod locupletem harum rerum testem *Eusebium*  
commendat, qui inter Judæos (27) vixerit in Palaestina,  
et in ipsorum terra habuerit. 2) Quod Judæorum senten-  
tiam vulgatam ad omnes, aut pluribus certe communem  
fuisse, statuit eam, quam *Eusebius* ex libris quibusdam  
excerpsit; cum in negotio religionis isto de eo agatur, quæ  
fuerit recepta gentis iudaicae sententia, non priuata φάσο-  
φιλοντο. 3) Quod tamquam indubium occupat, *Eusebium*  
non solum a facultate plurium linguarum et cognoscendæ  
veræ

tes. Posse autem deum communicare cum opificiis suis attributo-  
rum suorum talem portionem, quam comprehendere nos nequa-  
mus. Creaturæ, natura homines praestanti, deum tribuere sine  
contradictione posse eam vim, ut inferiora entia creare possit. In-  
de de angelis pauca addens, Judæorum eandem, ac suam fuisse  
opinionem iactat. Nempe haec, et si conjectanea mera, certiora  
sunt, quam quæ SS. nisi hanc opinionem inferat aliquis, longe  
alia suaderet.

(26) libro 7. cap. 15. διδασκει scil. Hebraei; et quibus auctoribus  
id asterat, nominauerat cap. 14. *Aristobulum*, cap. 13. vero, *Phi-  
lonem*. *Eusebii* verba, quæ anglice exhibet, hic ibi videri possit  
mutare et augere sensu. Sed ea leuiora non curamus.

(27) Nam ipse *Eusebius* clare prodit, nihil se ex commercio cum  
Judæis suorum temporum habere, sed ex nominatorum auctorum  
scriptis. Quid autem momenti habeat, *Eusebium* in Palaestina  
vixisse, quæ rum sane, et iam ante, non erat domesticae olim  
religionis propria sedes. Sed nec occupari recte potest, ideo ali-  
quærum opinionum priscae gentis peritissimum fore, si in eadem  
terra habeat.

verae Judaeorum sententiae subsidiis cunctis instructum, fatisque diligenter usum fuisse: sed etiam non siccato animo (28) haec omnino elegisse, Philonis, et quos, (si Aristobulus quis umquam vere talia scripsit), cetera simplicis fere religionis priscae puduit, auctoritate usum. Alterum aestimandi libri documentum illud damus, quo necesse fere est existimemus: aut minus operam dedisse Episcopum voluendis scriptoribus verutis, nouisque; aut minus sincero animo hic agere: qui scribere ausit, p. 133. 1) doctrinam de tribus hypostasisbus non fuisse doctrinam *Nicaenam*, sed *Arianorum*. Luditur enim aperte vocis ὑποστάσις arbitrio; et est eiusdem generis caustio, ac illa cetera Arianorum, οὐκοτιανόν habere rationem in SS. Saepius certe ipso adeo sec. 4. vocabuli error diligentissime cautus fuit. 2) οὐκοτιανόν nicaenam in *Sabellio* damnatam fuisse, quam sententiam ex *Chillingworthii* Litteris pag. 116. ostentat. Sed eam calumniam quoties *Athanasius*, quoties concilia, et patres priuatum, deprecati sunt, isto eodem sec. 4to! 3) pag. 145. 46. Nicaenos patres anathema in omnes illos iaculari, qui nolint contradictionem affirmare, asserta filii aeterna generatione. Namque si vel maxime veterum quidam ita lenserunt, potentia seu actu primo, filium existisse, hac relatione, antequam genitus esset, in quo contradictionem animaduerit: tamen ideo non conficit, ipsos nicaenos patres in prodendo anathemate, contra dicentes: οὐκοτιανόν, οὐτε ἐκ τούτων, καὶ πάντες γεννηθῆναι, εἰς τὸν, καὶ ἔτι εἰς τὸν ἄγραν ἐγένετο.

(28) Nempe de λόγῳ causa scribentem *Eusebium* eodem certe iureros deprecabimus auctorem, quo isti *Athanasium* non patiuntur. *Philonem* autem, cum maxime sequatur *Eusebius*, ne Judaeis quidem ceteris fidum auitae religionis interpretem habitum, sed *Platonis* studiosum: quis non vider, quam nihil conficiat illa auctoritate, qua vna maxime vtitur, Episcopus!



vero hoc arguto praefidio vfos esse. Rem edicunt anathemata, rationem non exponunt; nec, si alii ita maxime exponant, isti patres idem fecisse ideo dicendi sunt. Eodem certe tamen sec. 4 concilium *Ilyric.* damnauit eum, qui dixerat, *filium fuisse potentia in Patre,* antequam generaretur. vid. *Fleuri hist. eccles. tom. 4. lib. 16. p. 188.* Ergo nicaeni id ipsi fecisse non credebantur.

Redeundum autem nobis est in arctissimos cancellos. Atque quod ad *Lampi* quidem attinet sententiam, qui *Deum Spirit. S. Gabrielis* nomine intelligit; primo munit eam, deinde, ab obiectonibus quibusdam defendit. Praecipua eius argumentatio ex *Danielis* oraculo desumitur: illam certe rationem, cuius ad *Lucae* narrationem vis aliqua esse poterat, quod angelis nec proprie nec symbolice nomina conueniant, antea (29) iam amoliti sumus. Itaque res omnis ad *Danielem* redit; qui, quoniam ea *Gabrieli* tribuat, quae in personam diuinam solum quadrent, alterum argumentum inde dicit *Lampius* diff. pag. 21. Poteramus forte argumentum illud omne doctiss. scriptori dare, nullo caussae nostrae damno; quippe quo non conficiat, quoniam in *Danielis* libro nomine *Gabrielis* Spiritus S. intelligi ex circumstantibus recte potest (ita statuit): ideo etiam in *Lucae* narratione simpliciori, nullis talibus adiacentibus, per *Gabrielem* Spiritum S. designari. Nulla enim occurunt in *Lucae* historia diuinitatis documenta aut indicia. Defuisse itaque ipse sibi in hac caussa videatur, cum p. 24. paragr. 32. scribit: „inter apparitiones Sp. S. sub N. T. ne „que illa, qua sub schemate *Gabrielis* *Luc. I.* occurrit, ne „que illa, qua sub specie columbae visus est, nos distinebit. „Prior per praecedentia iam aliquatenus illustrata est.“ Sed facile appetet, occupari hoc tantum, non confirmari villa noua

(29) vid. antea n. 14.

noua ratione; nec tamen sufficit, aliquatenus illustrare, quod persuadere aliis interpres velit. Ex ipsa autem Danielis narratione illa felicit in sententiae praesidium. 1) Daniel c. 10, 16. 17. Gabrielem alloquitur, *domine mi*, in visione multis doloribus oppressus sum, et non retinui vires; et quomodo poterit *seruus domini mei hic loqui cum domino meo hoc*. Humiliationem tantam, qua ter angelum *dominum suum*, et se *eius seruum* nominarit, modulum angelii creati excedere. Quod quidem plerisque admodum infirmum videbitur. Daniel enim ipse constanter distinguit, vsum vocis Adoni, quae neminem hominibus eximit, et Adonai, quod deum veneraturus adhibet, c. 9, 19. et alibi. (30) Seruorum autem personam quoties tandem impossuisse sibi leguntur, cum regibus, principibusque viris locuti? 2) alia accedere dicit deitatis indicia; coll. c. 8, 17. 18. liquere, ipsam illam Danielis (non Davidis, ut typi errant) conternationem praesentiae Gabrielis effectum fuisse; et id valde propinquum esse effectis visionis gloriae domini, *Jud. 13, 20. 21. Jes. 6, 5. Apoc. 1, 17.* eademque manu, qua tactus prociderat Daniel in genua, denuo corroboratum. Sed illa omnia dari facile possunt, vt nullum deitatis indicium, proprium et certum, simul largiamur. Numquam enim angeli et spiritus sine animi quadam commotione, (31) et perturbatione adeo, apparent. Quod autem deo praesente idem contingit: id non facit, vt eiusdem effecti, deum semper caussam quis credat. Nec ex eo, quod in genua cecidit, et erectus fuit, deum praesentem, licet colligere. 3) Addimus, pergit, praecipue so-

(30) Idem obseruamus regerer, aut inter rationes nostrae sententiae referre *J. Ode* pag. 1059. E.

(31) Angelii augustiorum forte speciem, splendoremque id efficere potuisse, reposuit idem *J. Ode* p. 1059. C.



cietatem, quam Gabriel cum Michaele colebat in mundo gubernando; et cap. 8, 13. duos sanctos colloquentes, a quibusdam interpretibus Michaelem et Gabrielem intelligi; istumque הַפְלִצָּנִי a multis ipsum Filium dei credi; *sanc-*  
*torum* nomen Danielem per excellentiam de personis diuinis usurpare c. 4.: in nostro autem loco uno halitu de duabus subiectis absque vlla distinctionis nota usurpatum, eodem sensu, de utroque intelligendum esse. Tandem pag. 22. concludit, quaecunque argumenta probabile reddunt Michaelem esse Filium dei, eadem simul confirmare, esse alterum, illum summum ac diuinum legatum, qui cum filio ad salutem electorum a patre mittitur. Quae et ipsa incerta, et nullo, quo tamen opus est, praesidio sunt. (32) Altera pars *Lampiana* expositionis, ea remouet, quae impedimento esse possint. Respondet 1) ad *Maracci* refutationem *Gelaledino* oppositam: differre promittentem angelum a promisso Spiritu S. Negat *Lampius* ullam esse vim huius argumenti, (33) ex constantissimo usu, quo personae

(32) Idem *J. Ode* contraria omnia ex ipsis infert; Michaelem satis luculentem tamquam praestantiorum et superiorem Gabriele induci; vid. p. 1058: §. 37. qui et Daniel. 8, 13. *sanc-tum*, angelum creatum dicit; quod etiam longe meritisimus *Danielis* interpres Ven. *Michaelis* annotatt. pag. 249. seq. fecit; qui etiam p. 251. *Palmoni* negat de increato angelo rectissime capi. Illud autem ex Dan. 4, mirandum quod in subsidium vocet; quum ibi *Nebucadnezar* loquatur, qui diuinas personas, de quibus hic agit *Lampius*, ne cogitare quidem potuit. Tandem nihil praeterea iuuari *Lampium*, si vel maxime sint argumenta, quae Michaelem Filium dei persuadeant; *J. Ode* suo exemplo docet, qui id credit, Gabrielem autem creatum angelum esse contendit.

(33) Quam tamen, licet *Lampii* sententiam sciret, inesse adhuc putauit *J. Ode*, pag. 1060. quod ipsum et nos effecisse putamus, per ea, quae supra de persona legati scripsimus.

nae diuinae de se in persona tertia loquantur; quem cum primis Seruator ipse in historia euangelica imitetur, toties de filio hominis tamquam de tertio locutus. Ignoramus autem, quo iure sollicitus scripturae interpres *constantissimum usum* praedicet; loquentium diuinarum personarum de se in tertia persona. Judaeorum id scimus sollempne effugium, si quando nostrorum quidam ex eius generis oratione personarum quoddam diuinarum discriminem eliceret studuerunt. Seruatoris autem nostri loquendi usum huic referre, plane non licet; neque enim locus erat de alio, quam qui loqueretur, cogitandi; poteratque adeo Christus ipse se designare certero gestu. Judaei autem aliud cogitabant, si angelus, si Gabriel quid se facturum diceret; aliud, si de Spiritu S. id promitteret. 2) *Wifsius* obuerterat: si admitti debeat ista expositio, ante ostendendum esse, Spiritum S. alibi quoque augusti cuiusdam angeli (\*) specie conspiciendum se praebuisse. Respondeat *Lampius*, negari non posse, Spiritum S. vna cum Christo legati a deo missi munus in oeconomia suscepisse; et nihil impedire, quo minus hanc relationem Spiritus S. aenigmatische illuc representaret. Sed quemadmodum postrema in *Lucae* narrationem non conueniunt: ita certera incertissima sunt, nec id affirmant, quod *Wifsius* (34) negavit; nec sine finibus  
 D 2 conce.

(\*) atque inde angelum dictum. Idem regestum fuisse iam olim contra haereticos, qui Spir. S. *angelum* dicebant, legas in *Euthymii*, Zigabeni monachi, *panoplia*, parte 2. tit. 12. p. 124. bibl. maxima patrum tom. 19. *Vbinam in scripturis inuenierunt angelum dici.* Nec ad interpretum opiniones, qui facile inueniunt, quod volunt, confugere licet, vt respondeas, istum ibi, alium alibi inuenisse.

(34) Neque enim de quaunque legatione, ad quam et propheta-  
 rum



concedi potest, Spiritum S. legati munus sustinere. Nempe post Christum natum id, de quo quaeritur, scimus, sed ante id tempus, ignoramus.

Superest iam, ut *Claytoni* sententiam de *Lucae* narratione, breuibus excutiamus. Eam vero non tam describere, quam colligere ex Episcopi libro licet; neque enim diligenter et continuo adstruendi studio exponit, sed *ὑποθέσει* suscepit. hoc conuenire, paucis verbis prodit. Huc fere omnia redeunt. (35) Probabile est, Gabrielem angelum esse istum Spiritum S. quo deus uetus sit ad illuminandos prophetas V. T.; cuius laepe mentio fiat in libris V. T. nomine *Spiritus Sancti*, *Spiritus Dei*, *Spiritus Iehouae*. Hunc Spiritum S., si quando apparere placuerit in figura siue angeli siue hominis, Judaeos ἀποθεαζειν solitos, diuino honore afficeret. Eundem Spiritum S. a Ioh. apoc. 1, 1. *angelum Christi* vocari, Christo quippe promissum. Mariam a Spiritu S. concepisse, et ἐγένετο ἔχει dici, et tamen legatum ad eam hac occasione a Deo missum, semet ipsum dicere tantum angelum, et quidem *Gabrielem*, qui olim missus fuerit, ad *Danieli* inspirandam scientiam etc. Quoniam *λόγος ἐνενεγκείας εἰντονει*, facta vnione huius spiritus sublimitatis (*λόγος*) cum humana natura, per ministerium, (huius) Spir. Sancti: inde esse, quod vitam in terris aetam subducere et auspiciis Spiritus S. egisse legatur. Haec fere sunt

prae-

rum inspiratio forte, referri queat, aut de ea, quam spiritualem, interioremque dicere possis etc. hic disceptatur: sed de ea, quae auctoritate quadam certa oraculi cuiusdam, humana, alias specie externa vnamquam contigerit. *Aenigmatische* autem hic ibi id fieri coniucere, non sufficit.

(35) Quae collegimus ex p. 77. p. 81. p. 105. 106. 107. 109, quae singula refutare iam non licet; quin opus non est, cuncta quippe *ὑποθέσει* adaptata infirmae.

praecipua omnia, quae ad hanc caussam pertinent: quae tam parua ~~innotescit~~ de virtute secunda, tertiaque, ipso deo minoribus, (quam ex *Eusebii* maxime narratione hausit, et utriusque foederis per oracula quaedam confirmari arbitratur); quam falsa huius pericopes interpretatione, nituntur, et leui enarratione magis, quam argumentatione constant.

Respondebimus autem bifariam, *primo*, vt demus paulisper sinistrae de Spiritu Sancto opinionis veniam, istis tamen obseruatis. 1) Non effecisse Episcopum, si maxime Spiritus S. sit tantum excelsior Spiritus, ut credamus, *Gabrielem* in *Danielis* et *Lucae* libro nominatum, eundem esse, ac πνευμα ἀγγελος quod Iudaic notum erat; vt potius teneri recte queat. *Gabrielem* esse angelum, ab hoc distinctum. Si enim Iudaici et isto et secuto tempore, cum designato *Gabrielis* nomine alium semper conceptum coniunxerunt, quam cum nomine ruach hakodesch, quo prophetae agebantur, scilicet πνευμα ἀγγελος; si iidem vtrumque distinxerunt, vt minus et maius, vt creatum cum mundo, et vt existentem ante creatorum conditionem: opus utique est aliis argumentis, quam quae imbecillis praestat opinatio. Illud autem prius, constat ex grauissimis antiquissimisque Iudaeorum sententiis, qui πνευμα ἀγγελος numquam angelorum vocabulo comprehendunt. 2) Falso occupat Episcopus, tum, apparuisse Spiritum Sanctum alicubi forma humana, qua et angeli solent; tum, si id factum sit, Iudeos ei honores diuinos (36) detulisse; neutrum certe efficere voluisse,

aut

(36) pag. 82. But when this *holy Spirit* was pleased to make its Appearance, either in the figure and form of an Angel or Man, the Jews then ~~adnotescit~~ paid divine Honours to it: as *Daniel* did to the Angel c. 8, 16. c. 9, 22. procidi in faciem de quo vid.

D 3

antea



aut potuisse, videri potest, qui op̄eram nullam dederit. Prius enim Judaei numquam statuerunt; posterius autem, satis infirma ratione, ex eo quod in terram aliqui procederint coram tali Spiritu, colligit. Danielem c. 8, 17. diuinum cultum nullum praestitisse, antea iam contra *Lampum euictum* est; vt nouis et graibis argumentis opus sit, si quis persuadere aliud velit. Quin, si dederimus in *Daniele*: sequeur, in *Luca* aliter de *Gabriele* cogitandum esse, quem nec *Zacharias* nec *Maria* isto honore dignantur. 3) Nullo iure vititur Episcopus, quod Mariam *τὸν γαπέ*, ex Spiritu Sancto *ἐχεστῶν*, et Gabrielem cum illa de ea adhuc futura locutum, tamquam colloquii huius ipso momento (\*) id contigerit, coniungit, autoremque facti *Gabrielem* ideo prodere audet. Nam non solum *Luc.* 1, 35. *Gabriel futurum* id dicit, *ἐπελευσεται*, sed etiam ipsa *Maria*, v. 38. discedente iam angelo, negotium omne se *expectaturam*, spondet. Ista itaque collatio locuti angeli, et ex Spiritu S. vterum gestantis *Mariae*, nihil plane iuuat: nisi superaddatur, quod ramen est *τοῦ Σπηλαίου*, a *συνάθεος* omnino alienum, hunc ipsum *Gabrielem* etiam *ἐπελεγμένον*, postquam discesserat.

Deinde vero minime tam faciles sumus, vt contra fiam sententiam de Spiritu S. natura inferiori, largiamur; et si in adstruenda communi bonorum sententia iam potissimum versari non possumus. Neque enim 1) viro certo documento euicit Episcopus, sinistram illam opinionem, et ipsa *Danielis* aetate, et tempore nati Christi, inter Ju-  
dacos,

antea pag. 27. (30). Procidebant Deum praesentem, et angelum etiam, scientes; sed inepre inde concluditur, ergo si quis in faciem eadit, deum praesentem adorat.


(\*) vide supra pag. 21 seq. et adde sententias aliorum in *protofusionibus Marianis*. J. A. Schmidii. edit. 1733. pag. 43. seq.

daeos, pristinae religioni vere additos, receptam, nedum  
vstatissimam, communemque omnibus fuisse. *Eusebii*  
certe testimonium, quo maxime hic vtitur, licet id omne  
admittratur, de Judaeis vtriusque temporis lucupletissimum  
esse, aequi omnes caussae arbitri negabunt; qui et id vix  
patientur, quod de *Platonicorum, Aegyptiorumque trinitate*,  
quam cum christianorum doctrina omnino consensisse  
affirmat, ex *Porphyrio et Simplicio* (37) exponit. Sane eo  
iustius id deprecabimur, quo maior est temporum, homi-  
numque, ipsarumque opinionum humanarum, quibus il-  
la constat φιλοσοφία, varietas. Nisi tamen cui verosimilli-  
mum videatur, quod non facile speramus, maius quam  
quadringtonitorum, trecentorumue annorum interuallum,  
ditissimum hominibus, opinionum ornandarum excusan-  
darumque studiosissimis, nihil plane immutasse *Platonis*,  
aequaliumque tempore, philosophiam. Quare, si et *Eu-  
sebius*, et multi alii *Platonica* opinionum ludibria cum Ju-  
daeorum christianorumque vetustiorum sententia coniun-  
ctum iterunt; similitudine quadam decepti: tam nos faci-  
le negamus, christianam veramque esse istam, quam com-  
ponunt, sententiam, ac illi adffirmant. Itaque 2), cum  
maneamus iure omni in ista sententia, quae λόγον verum  
deum praedicat: collabuntur ea, quae de angeli, seu Spi-  
ritus S. cuiusdam et ipsius creati, adiutorio, in aptanda  
τῷ λόγῳ v. 35. c. I. Lucae, carne, arbitrari episcopus queat.

Quum

(37) Vid. p. 123. et 125. Ab ista sententia parum abesse videntur,  
qui *Jamblico* credentes, Aegyptiorum de filio dei opinione et  
Apostolorum oracula plane conuenire statuunt; istasque tam an-  
tiquas, vt Moses, qui de angelo et ipso deo loquitur, ex Aegy-  
ptiorum id sapientia suscepit: cui adeo frequentissimum cum Deo  
commercium ad dei cognitionem parum opus fuit. Quod non  
vno nomine eos, qui christianae religioni student, spernere decet.

E



Quum enim descriptum ibi sanctissimum negotium ipsam  
 $\lambda\sigma\gamma\alpha \nu\kappa\sigma\sigma\alpha\tau\iota\omega$  maxime proximeque contingat, cui humana  
natura addenda erat: nemini eorum, qui hoc tenent, per-  
suadet, spiritum quemdam deo minorem in tanti, tam  
plane diuini, operis societatem admissum fuisse; εἰς ὁ παρε-  
νθρωποι ἄγγελοι ἐπιθυμεῖσθαι, auctore Petro, quiclare hoc car-  
mine angelos seiungit et separat, a communione produ-  
cendi tanti negotii. Qui idem Petrus luculenter simul do-  
cet, non fuisse angelum, Spiritum Sanctum istum, qui  
Mariae supervenit.

Discamus his ipsis praeeuntibus dei ministeriis, quo  
animo ad contemplandum hoc mysterium accedendum  
nobis sit, carissimi ciues. Ad nos certe multo proprius  
pertinet τηλικατη σωτηρία, εἰ γαρ δηπει ἄγγελων ἐπιλαμβανεται,  
ἀλλα σπερματος Αβρααμ ἐπιλαμβανεται. Iltis illis tam excellen-  
tibus et insignibus usus est olim Deus seruitis, ad nuntian-  
dam hominibus tantam salutem: quantum nefas, si satis  
nos felicitatis, salutisque nobismer ipsi praestare posse, in-  
gratissimi, deique scelestissimi contemtores, falso puta-  
mus; paucorum religioni, quae est seculi huius laude qua-  
si digna protervia, Iesu Christi omnem historiam, curam-  
que relinquentes. Infeliciter natos, qui Jesum Christum  
ipsis natum nolunt! Meliora autem omnia et scimus et pre-  
camur aestumatis nostris ciuibus: quos omnes in partes,  
vti concelebrandi summi dei, ita et pacis in terra, et pla-  
centium Deo hominum, studiose diligenterque vocamus.  
Pauli certe non spernenda auctoritas ad omnes eos esse  
debet, qui aut auersum olim illum ab hominum seruatore,  
et grandia omnia cum aliis elatos seculi spiritus gerenti-  
bus, cogitantem, adhuc infeliciter imitati sunt; aut sum-  
mum, quo postea ferebatur in Jesum Christum, studium  
summamque eius contentionem, experiunda Seruatoris vir-  
tute,



35

tute, omnique eius salubri prouincia indies augentem,  
non satis diligenter secuti sunt: ut diuinitus dictum illud  
audiant, et hos per dies felicissima experientia et ipsi fulti  
ad alios concèlebrent πνεος ὁ λογος, res omni, quae existe-  
re potest, tide constans, και πασης ἀποδοχης αξιος, ideoque  
infelioribus aliter hominibus omni, qua possunt ratione,  
sine vlla dubitatione, negligentiaque, suscipienda, atque  
in saluberrimos usus vertenda, quod Jesus Christus homi-  
num caussa homo et ipse natus est.

P. P. d. XXIIII. Dec. MDCCCLIII.





Fe 4194

ULB Halle  
002 623 889

3



SB

Refor



D. IO. SALOM. SEMLERI

THEOL. PROFESS. PVBL. ORD.

C O M M E N T A T I O

I N

L V C A E C a p. I.

Q V A

INTERPRETVM QVORVNDAM RECENTIORVM

GABRIELEM SPIR. SANCTVM

INTELLIGENTIVM SENTENTIA

EXCVTITVR.



---

HALAE AD SALAM

A E R E H E N D E L I A N O

M D C C L X X I I I .

Farbkarte #13

